

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz
Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz
Band: 4 (1847)

Artikel: Vermischte Urkunden
Autor: [s.n.]
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-110030>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 08.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Vermischte Urkunden.¹⁾

1.

1191.

(Archiv St. Urban.)

Sciant tam presentes quam futuri, quod Wlricus de Langenstein | dedit et concessit ecclesie rovto tres partes illius terre quam quatuor | fratres, scilicet Covno, Hesso, Lodewicus, Arnoldus de eo tenebant, | Wowlhusen an der furun; Quarta itaque pars filiis predicti | Lodewici remansit. Notandum et tenendum est, quod dimidietas illius | totalis terre prius predicte ecclesie de roto propria fuit. Hoc insuper omnibus | manifestum appareat, quod Wernerus predicte domus cano- | nicus Covnoni et Lodewico illius terre tres partes supra no- | minatas concessit tenendas, annuatim reddendo in festo | sancti andree. XX. VI. solidos, et aliam dimi-

¹⁾ Von nachstehenden Documenten sammelten und reichten:

Herr Leutpriester Böhlsterli in Sempach Nro. 39.

= Präsident August Burchardt, J. U. D. in Basel Nro. 41.

= Subprior P. Gall Morel in Einsiedeln Nro. 34.

= Med. Dr. Müller in Altdorf Nro. 26.

= Stadtarchivar Schneller in Lucern Nro. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 35. 36. 37. 40.

= Chorherr Stocker in Lucern Nro. 32.

= Oberst L. Wurstemberger in Bern Nro. 12.

= P. Alberic Zwysig, Conventual v. Wettingen Nro. 38.

dietatem prius propriam | annuatim reddendo in festo sancti iohannis baptiste. XXX. solidos. | Tali conditione inter illos fratres, si censum in termino prescripto | propter terram non reddiderint, tres solidos cum censu infra septi- | manam persolvant. Si autem hoc non fecerint, totalis | terra predicte ecclesie omnino libera relinquatur. | Hiis testibus. Henrico de phafena, Arnoldo an der furun, Covnrado de bosewile, Alberto saxo, Martino | fratre suo, Rovdolfo de busewile. Hoc autem factum | est Anno. M. C. LXXXI. ab incarnatione domini.

2.

1194.

(Archiv St. Urban.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis | Amen. Ego Diethelmus dei gratia Constantiensis ecclesie Episcopus. Cum ad dilatandam religionem omnes dei cultores affectione | pia debeant inseruire, dignum omnimodo est, quatinus illi qui summum culmen in Ecclesiis obtinent, hoc magnum opus pietatis, quotiens | opportunitas se obtulerit, totis satagant affectibus exercere. Eapropter de conuersione uirorum nobilium Liutoldi Sacerdotis et fratri ejus | Wernheri natione de Langinstein edificati plurimum et iocundati, ideo maxime quod se ad ordinem Cisterciensem transtulerunt, ad ipsorum peti- | tionem eidem cisterciensi ordini libere concedimus possidendam cellam in Burgundia que dicitur Rotah cum omnibus pertinentiis suis, Ita sane, quod | ordinis jam dicti professionem fratres omnes ibidem moraturi in ea teneant libertate, qua idem ordo a summis est Pontificibus priuilegiatus. Con- | firmamus etiam iam dicte domus fratribus omnes possessiones suas, istas propriis nominibus exprimentes: Schorin cum omnibus pertinentiis suis, et in | villa proxima que Langata dicitur quinque scopatas, usuarium omnimodum in pascuis, aquis, terris et nemoribus; Allodium cum usuario | Cvonradi apud Roggewillare, quod dedit in conuersione sua consentientibus fratribus suis Chovnone et Arnoldo; octo jugera terre que | dedit Wernherus in morte sua, et allodium eiusdem ultra aquam quod tenebant Rovdolfus et Ebirhardus fratres, quod dedit filia eius Mah- | tildis assentiente viro Hugone; apud Steinbach feodum quod tenuit Immo; apud Ludelingen quatuor scopatas; apud Tovtwillare terram | quam dedit uxor Berhtoldi

Gisela; sex scopatas apud Wangin Molendinum et aream; apud Heimingin terram quam tenuit Anshelmus, et in villa | scopatam, et terram que vocatur Floegg; in Madiswilare terram de qua persoluntur. XII. solidi, quam dedit Adilheidis cum filio suo Ovlrico, et in eadem vil- | la duo jugera; apud Bovswillare sex scopatas; Totam villam Habichrein cum omnibus appendiciis suis, excepta terra Wernheri | et fratri sui, et exceptis hiis que pertinent ad Ecclesiam Locewillare et ad ecclesiam Blaichinbach; apud Adilcinwillare scop- | tam; apud Tundewillare duas scopatas, et in siluis octavam partem; apud Gundoltiswillare unam scopatam; apud Melchinove | unam scopatam. Preterea Ovlricus supradictorum ui- rorum Lvodovici et Wernerii frater dedit in Elemosinam sepedicte domui de | Rotah, et in manum nostram plenarie resignavit omnem aduocatiā, quam in eam et res eius habebat, retenta tantum Ad- uocatia | super seruos homines celle, exceptis semper quatuor hominibus quos fratres uoluerint, et exceptis illis qui panem fratrum cotidie | comedunt. Dedit etiam nemus, quod dicitur Hart; dedit etiam omnimoda usuaria in Langatun, Locewillare, et in circuitu superioris | Rotah, et in Entlibovch, Melchinove, Bovswillare, et per totam terram suam, etiam Richolsiswillare, Ripoltiswillare, Alpurron, | Ludelingin, in pascuis, aquis, terris, et memoribus. Dedit etiam ut liceat cunctis hominibus suis, liberis sive seruis, abs- | que aliqua contradictione res suas et possessiones eis dare, Hoc sane pacto, ut si ipsum Militem infra duas dietas contigerit | defungi, fratres qui tunc fuerint, corpus eius deferant, et si ca- tholice discesserit, tumulent. Ne autem hec donatio tam | ratio- nabiliter ordinata, in posterum ab hominibus proteruis posset in- fringi, hanc paginam fecimus inde conscribi, et nostri Si- | gilli munimine reborari. Acta sunt hec Constantie quam plurimis ma- ioris ecclesie fratribus et laicis presentibus, Anno | dominice In- carnationis. M. C. XC. IIII. Indictione. XII. Olimpiade. ij. Anno decemnouennalis cycli. XVII. Epa- | etis. XXVI. Concurrentibus. V. cum dominicalibus Litteris. Presidente Apostolice Sedi Papa Celestino. jjj. Anno apostolatus | eius. iij. Imperante gloriosissimo Romanorum Imperatore Heinrico, Anno regni eius. XXV. Imperii uero. jjjj. Diethalmo | Constantiensem Cathedram guer- nante. Si quis autem huic scripto ausu temerario in posterum obuiare | attemptauerit, in die maranathan cum sederit uetustus

dierum, et aperientur libri coram eo, tertiam illam pes- | simam
auditionem mereatur audire.¹⁾

3.

1196.

(Soloth. Woch. 1824 -- 63.)²⁾

Frater Conradus, dictus Abbas de Lucella, dilecto fratri nostro Conrado ad St. Urbanum vocato Abbati, se ipsum, quantus est! Desiderastis a nobis Vos et qui vobiscum sunt, filii quondam Ecclesiae nostrae Lucellensis, ut novum Missale, quod Frater Helandus exaravit, pro usu novi Chori vestri transcribi facheremus. Opus hoc per nos sibi injunctum idem Frater ex singulari, quem erga vos gerit, affectu citius completum reddidit. Illud igitur suscipite et ex eo in voce exultationis jubilate, cantantes Domino canticum novum, cuius laus in ecclesia vestra perseveret. Nec tamen id damus vobis haereditarium, sed transcriptum pro divini operis indigentia nobis reddendum in Domino confidimus. Inter caetera Deum p[re]e oculis habete, et cavete, ne multitudo Nobilium, qui in Caritatis vestrae coetu volunt conversari, humilis instituti nostri opprimant paupertatem. Divites sunt, potentes sunt, multi sunt. Divinam igitur implorate clementiam, ut, qui sub sancta praceptorum regula stare incipiunt, non cadant in opprobrium sempiternum. Salutate, quos in antea de hac ecclesia assumsistis vobiscum mysteriorum Dei dispensatores, nostros et vestros filios. Datum Lucellae Anno MCXCVI.

4.

1228, 24 Augustmonats.³⁾

(Archiv St. Urban.)

C. dei gratia constantiensis episcopus, Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, Salutem et rei geste noti-

¹⁾ Diese Urkunde ist nur noch in einer datumslosen, von Bischof Eberhard zu Konstanz (reg. 1248—1274) nach dem in Vergamen und Ingessigel zerstörten Originale angefertigten, Beglaubigung vorhanden.

²⁾ Die Urkchrift dieses Briefes ist meines Wissens nicht mehr vorhanden.

³⁾ Diese Urkunde wird genau nach der Urkchrift mit den vielen orthographischen Fehlern gegeben.

ciam. Cum res gesta mandatur | littere, nec obliuionis dampna metuit, nec impugnatoris calumpniam expauescit, Sciant ergo omnes iam uiuentes et posteri, quod in causa | litis diu uersate inter conuentum Sancti Vrbani ex una parte, et magistrum domus hospitalis ecclesie in tunchstetten ex altera, super deci- | mis quas predictus conuentus ratione priuilegiorum cisterciensi ordini a Sede apostolica tam generaliter quam specialiter indultorum, per uiros | prudentes pacis et concordie amatores post longa laborum et ex- pensarum dispendia, talis est compositio ordinata, quod tam con- ventus quam | magister predicte domus privilegiis tam generalibus quam specialibus de decimis a sede apostolica impetratis, omni- modis abrenunciarent, quan- | tum ad hanc causam et conuentus S. Urbani decimas de omnibus terris titulo donationis uel emptio- nis uel permutationis adeptis in | parrochia tunchstetten, et spe- cialiter ad terminos uille langatun pertinentibus, quas propriis sumptibus excolunt, dimidiam partem per- | cipiat, et reliqua pars parochiali ecclesie in tunchstetten persoluatur, exceptis decimis novalium et intra septa prouenientibus, et animalivm | nutrimentis, que ex integro predicto conventui remanebunt. De predio autem domini hugonis nobilis uiri de chiene nouiter acquisito, et | si qua predia postmodum infra terminos eiusdem parrochie quoquomodo adipisci contigerit, siue ipsa propriis sumptibus excolant, siue aliis | tribuant excolenda, omnes prestations decimarum predicte ecclesie parochiali cum integritate persoluantur. Ne igitur com- positio tam prouide ordinata in | litis ueniat reciduum, ad ipsius firmitatem conseruandam, presentem paginam indulgemus sigilli nostri munimine roboratam. Apposita sunt | etiam sigilla utriusque partis vnam mem consensum prestantia; pro parte conuentus Sancti Vrbani, Sigillum abbatis in lucela, et ipsius abbatis de sancto | vrbano; pro altera parte uidelicet ecclesie in tunchstetten, Sigil- lum vniuersalis magistri hospitalium Sancti iohannis tocius ali- mannie de consensu to- | cius capituli sue uicis. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini. M. CC. XX. VIII. viij kal. Sep- tembris, in uilla langatun.

5.

1230, 18 Aprils.

(Spitalbrüder in Hohenrain; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

H. comes de Kiburch uniuersis presentem paginam inspec-
turis salutem et dilectionem. Vniuersitati omnium tam presentium
quam | futurorum constare volumus, quod quicquid parentes mini-
strialium nostrorum Waltheri et Wernheri in liela ecclesie in
Honrein pro remedio animarum | ipsarum contulerunt ratum habe-
mus, et super consensu predictorum militum nos et dominus Bur-
chardus magister domus in buobincon et alii quam | plures testi-
monium perhibemus. H. filius fratris nostri pie memorie in his
que predicta sunt etiam assensum prebuit. Sunt autem in his |
locis res predicte eclesie delegate. Wichwile ad domum figuli,
baldiwile, ferrich, pratum ibinmos. | Datum apud badin XIII. Kal.
magi. anno ab incarnatione domini. M. CC. XXX.

6.

1243.

(Archiv St. Urban.)

Heinricus dei gratia Constantiensis episcopus, Venerabili Ab-
bati et Conventui Sancti Urbani Cisterciensis Ordinis Salutem in
omnium saluatore. Cum ad excolendam vineam domini Sabaoht
cultores simus | a patre familias conducti, ad extendendos eius
palmites et propagines dilatandas debita sollicitudine laborare de-
bemus, ut denarium eterne remunerationis fideliter laborantibus |
repromissum adipisci mereamur. Unde ad dilatandum uestre reli-
gionis cultum ubi de torculari uestre professionis uinum exprimi-
tur, quod verum Noe patrem nostrum inebriat, paterno affectu |
operam adhibere studemus efficacem. Eapropter uestris justis po-
stulationibus pio concurrentes assensu, omnia que in presentiarum
in nostra diocesi iuste et rationabiliter possidetis, seu donatione |
fidelium siue emptione uel alio quounque iusto titulo ad uos de-
uenerint, auctoritate diocesana confirmamus. In quibus hec pro-
priis duximus exprimenda uocabulis, Locum | ipsum Sancti Urbani,
in quo diuino estis seruicio mancipati, qui prius Tundewile in-
ferius vocabatur, cum Tundewile superiori et omnibus pertinentiis
suis; Capellam in Rota, ubi pri- | ma fundatio domus uestre

exitit, ¹⁾ cum omnibus juribus et pertinentiis suis; Habichrein cum omnibus pertinentiis suis; grangiam in Roggewile cum omnibus pertinentiis suis; grangi- | am in Schorren et possessiones in villa que Langatun dicitur, cum iure patronatus eiusdem capelle et omnibus pertinentiis suis; possessiones in villa que Rvti dicitur cum omnibus | pertinentiis suis; possessiones in Phaffena cum omnibus pertinentiis suis; possessiones in Tunchstettin; posses- siones in uilla que Moslerovwa dicitur; possessiones in Wan|gen; et alias possessiones quas in diuersis villis et locis per mansos et scopatas distributas iuste possidetis, cum pratis, terris, nemo- ribus, pascuis, aquarum decursibus, et uniuersis iu- | ribus suis, sub omnipotentis dei et nostram recipimus protectionem, inhiben- tes omnibus sub pena excommunicationis, ne quis uos in dictis possessionibus presumat molestare. Ad robur | itaque hujus con- fimationis presentem paginam sigilli nostri munimine dignum duximus roborare. Datum Constancie anno verbi incarnati Mille- simo, Ducentesimo, Quadragesimo | tertio. Indictione prima.

¹⁾ Wann die Mönche von Roth nach St. Urban hinübergzogen, kann nicht genau ermittelt werden. Es mag dieses wohl zwischen 1194 — 1196 geschehen sein, da nach letzterer Urkunde der Name St. Urban schon vorkommt. Nebrigens wurde die Capelle in Roth bald zu einer Pfarrei umgeschaffen, welche bis zur Glaubensänderung wie Langenthal, Winau und (Groß) Dietwil zum Decanate Winau gehörte (*Pistorius, Script. Rer. Germ. III. 786*); denn am 28 Aprils 1256 siegelt urkundlich der Decan in Roth, Egenon, der den heil. Laurenz auf dem Rost (viel- leicht als Kirchenpatron) in dem Siegel führt; und der Kirchherr Kun- rad zu Winau nennt ihn seinen Decan. (Archiv St. Urban.) Spä- ter war der Geistliche in Dietwile Capitelsdecan und zugleich Chorherr zu Bofingen; er hieß Burchard, und führte in seinem Siegel das Lamm Gottes mit einem Stern über dem Haupte. (Urf. 26 Apr. 1274. Archiv St. Urban.) Am 7 Heum. 1280 heißt er quondam Decanus in Tvetwil, und am 9 Mai 1285 siegelt er als Rector Ecclesie In Bippo. (Archiv St. Urban.) Derselbe Burchard stieg dann nach drei Jahren in Amt und Würde, bekleidete die Stelle eines Stiftsdecans zu Bofin- gen, (Urf. 13 Apr. 1288) und hatte als solcher den heiligen Apostel Petrus in seinem Ingessiegel. (Urf. 8 Mai 1288 und 29 Heum. 1289. Archiv St. Urban.)

7.

1253, 30 März.

(Bischöfl. Constanz.; jetzt Bischöfl. Basel'sches Archiv.)

In Nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Opus pietatis agitur, dum contractus bone fidei a futuris periculis pro- | vide conservantur. Igitur presentibus innotescat uniuersis, quod Venerabilis in Christo pater et dominus Eberhardus dei gratia Constantiensis Episcopus, | ad quem ecclesia parochialis in Tellewile pertinebat ex indulgentia sedis apostolice pleno jure, ac Reuerendus in Christo Abbas de Wettingin, | Cistertiensis ordinis, Constantiensis diocesis, qui ecclesiam Lienhain cum suis proventibus ratione privilegii sedis ejusdem tenuit hactenus | sui Monasterii usibus applicatam, consideratis circumstantiis tam ipsarum ecclesiarum, quam suis et successorum suorum merito comodis intendentis, prefatas ecclesias, nomine ecclesie Constantiensis et Monasterii predicti inter se permutarunt, possessiones ipsis Ecclesiis de Tellewile et | Lienhain pertinentes, hinc inde alter in reliquum permutationis titulo transferentes, ut videlicet dictus Episcopus sepedicta ecclesia Lienhain, | et prefatus Abbas nomine Monasterii sui, jam dicta ecclesia Tellewile uti possit jure, uterque prius, ex indulgentia sive privilegio Domini Pape | competenti. Renuntiarunt itaque Dominus Episcopus et Abbas antedicti juri sive consuetudini, legi vel constitutioni, litteris sive indulgentiis | habitis vel habendis, et generaliter cuilibet defensioni aut actioni, per quam vel occasione cujus supradicta permutatio sponte facta valeat impediri, seu processu temporis in dispendium partis alterius immutari. In cujus facti evidentiam presens instrumentum ad petitionem | partium est confectum, et sigillis eorumdem Episcopi et abbatis, nec non Capituli Constantiensis roboratum. Testes rogati interfuerunt: P. Prepositus Major. Walter Scolasticus, Magister Burchardus, Canonici ecclesie Constantiensis; Magister Hermannus, Magister Albertus, Ha- | inricus, Canonici Sancti Stephani in Constantia, Cellerarius frater Werner dicti Monasterii de Wettingin, et alii quam plures. | Actum in Constantia Anno domini Millesimo, Ducentesimo, Quinquagesimo Tertio. iij. Kal. Aprilis. Indictione undecima. Feliciter.

8.

1254, 19 Hornungs.

(Archiv St. Urban.)

E. dei gratia Constantiensis Episcopus, Vniuersis presentem paginam inspecturis, Salutem in auctore Salutis. Ea que inter subjectos nobis concordia uel iudicio terminantur, litterarum nostrarum debent munimine roborarj, ne relabantur in iterate scrupulum questionis. Hinc est quod dilectorum in Christo . . Abbatis et conventus sancti urbani devotis precibus inclinati, compositionem | inter Cunradum quondam abbatem Monasterii sui ex parte una, et . . quondam Rectorem ecclesie in Wimmenowe factam, super quibusdam | decimis et rebus aliis Monasterio eorum pertinentibus, secundum quod in confectis exinde instrumentis contineri, ac per sanctissimorum patrum | in Christo Innocentii pape tertii et Innocentii pape quarti, nec non venerabilis patris Diethelmi predecessoris nostri confirmatum litteras prospeximus, | prout sine prauitate prouide facta est, et ab utraque parte sponte recepta, et hactenus observata pacifice, confirmanus et presentis | scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc confirmationis nostre paginam infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem gloriose virginis Marie et nostram se nouerit | incursum. Datum Rome¹⁾ Anno domini M. CC. LIII. XI. Kal. Martii.

¹⁾ Christian Küchmeister schreibt: Bischof Eberhard saß in diesem Jahre mit Burchardt von Hewen, Abt in der Reichenau, der freitigen Pflegshaft dieses Gotteshauses halber zu Rom, wo dann beide Partheien durch Papst Innocenz IV. ausgeführt wurden. (Nuwe Casus Monasterii S. Galli; in der helvet. Bibliothek. Stück V. S. 24. ff.) Wenn nun aber durch die Jahrbücher von Reichenau (s. oben S. 202 Num. 1.) nachgewiesen werden kann, daß der unmittelbare Vorfahrer Abts Burchard, Kunrad v. Zimmern, erst am 22 Brachm. 1255 von dieser Welt geschieden (S. 182); und wenn dann in den ziemlich ausführlichen Annalen nicht die mindeste Spur eines solchartigen Streites während der Regierung Kunrads sich aufdeckt, so dürfte wohl die Romfahrt unsers Bischofs in irgend einer andern Ursache zu suchen sein.

1254, 16 Brachmonats.

(Teutschhaus in Altishofen; jetzt Haus Pfiffer v. Altishofen.)

Quoniam non obfuscat obliuio quod scripto traditur, omnium
 quos nosse fuerit oportunum per presentem cedu- | lam memorie
 revocamus, Quod domina Gedrudis comitissa de Habisburch bona
 et possessiones sub- | scriptas quasdam sitas in Altinburch, quas-
 dam in husen, quasdam in Oberburch, quasdam in bir- | harth,
 quasdam in birreloft, pro remedio anime sue et parentum suorum
 de plenario consensu | et voluntate filiorum suorum videlicet Gote-
 fridi comitis, et rodolfi, Ottonis, et Ebehardi, contulit et libere
 tra- | didit domui hospitalis Sancte marie deutunicorum Jerosolo-
 mitani, quas quia domini¹⁾ de liebeche [titulo | pignoris tenuerunt
 obligatas, dominus Ludowicus de liebeche]²⁾ et chono filius fra-
 tris sui accedentes | in ecclesiam Zovingensem, pro se ac nomine
 dicti fratris et filiorum fratris aliorumque suorum heredum sorte
 a prefata | domo recepta coram canonicis Zovingensibus aliisque
 viris discretis titulum pignoris, et quicquid iuris | habuerunt in
 eisdem bonis, in manus G. gubernatoris domus eiusdem per als-
 ciam et burgundiam, sepedicte | domui penitus resignaverunt.
 Hujus autem resignationis et rei geste testes sunt, qui presentes
 fuerunt | canonici Zovingenses, videlicet dominus H. de Rinacha,
 dominus Wernerus de vilmeringen cellararius, dominus anselmus |
 de Hufinchon, dominus Rodolfus de Wllebach, dominus G. scriba,
 dominus saxo canonicus Werdensis, Item dominus de liebe- | che
 plebanus in schoflach; Laici, Rodolfus de wisbach, Henricus de
 pomerio, et H. filius suus, R. monetarius, Chora, | Rudo, burgen-
 ses in Zovingen; Item servi de liebeche, Hartmannus schever,
 Hartmannus de Ruthe, Henricus de schoflach. Ne | autem de hu-
 jusmodi resignatione in posterum aliquis ambigat uel dubitaret,
 nos canonici Zovingenses ad pre- | ces utriusque partis sigillo
 capituli nostri presens scriptum fecimus roborari. Acta sunt hec
 apud Zovingen, | Anno domini. M. CC. L. IIII. Indictione. xij.
 xvij. Kal.³⁾ Julii.⁴⁾

¹⁾ Nicht dominus, wie Neugart (II. 197).²⁾ Das Eingeschlossene [] ist bei Neugart weggeblieben.³⁾ Neugart hat Kal. weggelassen.⁴⁾ Auf dem Siegel sieht man noch den hl. Mauritius zu Pferd, mit Schild (worin ein Kreuz) und Fahne.

10.

1235, 12 Augstmonats.

(Stiftsarchiv Münster.) 1)

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Eberhardus dei gratia Constantiensis Episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus, rei geste noticiam | cum salute. Mota questione coram nobis inter . . Prepositum et Capitulum Ecclesie Beronensis ex vna, ac nobilem virum Hartmannum | Comitem juniores de Kibvorc, et Arnoldum dictum Aduocatum de Richenze ex altera parte, super bonis, possessionibus ac juribus | ipsi Ecclesie uiolenter ablatis, dampnis quoque et iniuriis irrogatis. Cum nos de consensu partium inquiri fecerimus de pre- | missis veritatem, de ratihabitione ab ipsis partibus prestito corporaliter juramento, ad procedendum in causa, tam auctoritate iudicia- | ria quam arbitria, nobis a partibus tradita potestate, cognouimus per relationem inquisitorum nobis factam, de predictis om- | nibus termino constituto, ad diffinitiuam sententiam procedentes. Igitur auditis et intellectis hincinde propositis, quoniam nobis constituit eui- | denter, Prepositum et Capitulum bonis et juribus suis spoliatos, ac eis dampna grauia et illatas iniurias, nos. H. Comitem et. Ar. | Aduocatum predictos, ad restituendum ablata siue detenta, videlicet Molendinum apud Surse, Molendinum apud Richenze, Molendinum apud | Schongowe, preedium apud Schongowe quod dicitur Herwisygot, vnam Scopozam. B. de Winon Canonici Beronensis, Mansum unum dominorum | de Rinache in villa Rinnach et in Holz, Mansum unum apud Meisterswanch, Schopozam unam apud Gunninkon, Agrum unum apud | Richenze, vnam Schopozam pin- cerne, Mansum unum apud Wittiwiler, Schopozam unam cum qui- busdam casalibus ville Beronensis, et Communia prediorum | no- strorum apud Pheffinkon, cum iuribus, conditionibus et aliis pre- rogatiuis, siue ratione compositionis quondam facte et a Sede Apostolica confirmate, commissa nobis eiusdem | executione com- petentibus et ad satisfaciendum pro dampnis et iniuriis, in trecen- tis Marcis argenti puri, Comitem pro medietate, Aduocatum pro altera medietate | condempnauimus Preposito et Capitulo antedicto. Ne autem prefato Arnoldo ex preteritis merito suspecto nocendi facultas relinquatur, ab officio sibi commisso ex nunc | amouimus, Ecclesie prouidendo, dantes ipsi Comiti in mandatis sub debito

1) abgänglich bei Flury II. 919.

sacramenti, ut dictum Ar. eiusque seruos et Ministros H. de Lvchvn, Haeimonem et | alios, ab officiis seu Ministeriis suis amo-ueat penitus et destituat, nunquam ad officia que habuerunt vel similia resumendos. Et ut in singulis Capituli et Ecclesie indep- | nitatibus caveatur, nostraque sententia et mandata defensa per executionem facti et juris debitum sortiantur effectum, per sacramentum prestitum iniunximus comiti sepedicto, Ecclesi- | am ipsam in personis et rebus Canonicorum, et aliarum personarum Ecclesie pertinentium manumittere (manutenere) et defendere totis viribus, toto posse, super a nobis pronuntiatis ac aliis | iure seu compositione habita Ecclesie congruentibus, a periculis in futu-rum. Decernentes commissa nobis potestate Preposito et Capitulo sepedictis contra Comitem prefatum | actionem competere ex delicto predicti Ar. ab officio destituti, et ipsum Comitem ad satis-faciendum de iniuriis teneri, si quas forte idem Ar. per se vel per suos Prepo- | sito et Capitulo vel Ecclesie inferre presump-serit, aut eos in aliquo molestare. Acta sunt hec apud Tegerwile, Anno domini. M. CC. LV. Secundo Idus Augusti. Indictione xiii. |¹⁾

11.

1259, 25 März.

(Archiv St. Urban.)

E. dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus presentem paginam inspecturis, Salutem in domino. Cura pastoralis sollici-tudinis nos | perurget, ut Monasteriorum et ecclesiarum honoribus et reuerentiis intendamus, ita uidelicet, quod qui in Anniversario Dedicationum suarum | ad ipsas accesserint veniam petituri, inten-tionis sue optatum effectum de speciali gratia consequantur. Pre-sentes igitur nouerint et futuri, | quod cum nos Monasterium Sancti Urbani in honore gloriose dei genitricis Marie et aliorum sancto-rum nuper dedicasse noscamur, Nos omnibus vere | penitentibus et confessis, qui singulis annis in Anniversario dedicationis eius-dem, et infra illos octo dies sequentes pro assequenda | gratia idem Monasterium causa devotionis visitauerint; de dedicatione Monasterii Quadraginta dies et annum, et de anniversario dedica-

¹⁾ Diese Urkunde, welche Felix Balthasar unrichtig in das Jahr 1253 ver-setzt, und mit der 8 Indiction angibt (M. 74. p. 275. Stadtbibl. Lu-cern), liegt in zierlicher Urschrift doppelt im Stiftsarchiv Münster vor.

tionis cuiuslibet altaris ibidem a nobis consecrati, seu Capelle sancte Marie, Sexaginta dierum indulgentiam de gloriose virginis Marie et nostra auctoritate confisi misericorditer impertimur. In cuius rei testimonium presentes litteras Reverendis in Christo . . Abbatii et Conventui eiusdem Monasterii concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in eodem claustro sancti Urbani, Anno domini M. CC. L. IX. VIII. Kl. Aprilis. ¹⁾

12.

1259, 29 Brachmonats.

(Hofarchiv Turin.) ²⁾

In Nomine Domini Amen. Nos E. Dei gratia Constantiensis Episcopus, B. diuina permissione Abbas Sancti Galli notum facimus vniuersis presentium inspectoribus, quod deuotionem et sinceritatem fidei quas nobilis vir Hartmannus senior Comes de Kiburch et progenitores sui ad ecclesiam constantiensem et monasteriam Sancti Galli et personas nostras specialiter habuisse noscuntur, prouide attentes ad assistendum et fauendum sibi, ac defendendum eum contra inuaciones et insultus nobilium virorum Hartmanni de Kiburch Junioris et Rudolfi de Habespurc comitum, nos per iuramenta corporaliter prestita tactis sacrosantis euangeliis obligasse, promittentes sub debito hujusmodi iuramenti, quod numquam ab ipsius consilio et auxilio aliquatenus desistemus, antequam inter eum et prefatos comites pacis federa fuerint reformata, nullum de hoc et tractatum habere vel facere sine sui consilio et certa scientia presumenda. Si vero supradictus comes H. senior, quod Deus auertat, debitum carnis exsoluat, Illustri domine Margarete conjugi sue, ad assistendum, fauendum, manutenendum, et defendendum eam in rebus tam mobilibus quam immobilibus sibi de jure propter mortem ipsius pertinentibus ab impugnatione, infestatione, sev omni grauamine ac perturbatione prefatorum Comitum per idem iuramentum esse uolumus obligati, et quod nunquam tractatum aliquem habebimus de pace cum ipsis, nisi dicte Comitisse uoluntas ad hoc accesserit

¹⁾ Das nunmehr eingeweihte Gotteshaus wurde vor vier Jahren mit großen Umläufen (sumptuose) neu aufzubauen begonnen. (Urf. 4 Apr. 1255. a. a. D.)

²⁾ Mitgetheilt sammt nachfolgendem Commentar, von dem correspondirenden Mitgliede, Herrn Ludwig Wurstemberger in Bern.

et consensus. Et si contra aliquid in hiis literis tam ipsi H. Comiti quam Comitis promissum ausu temerario venire presumserimus, profitemur nos ipso facto esse periuros. Datum et Actum Ailgov, Anno domini M. CC. LIX. Dominica prima post festum Beati Johannis baptiste. —

Commentar zu vorstehender Urkunde. — Graf Hartmann der Ältere, jüngerer Sohn Grafen Ulrichs von Kyburg, verlobte sich im J. 1218 mit Margaritha, der jüngern Tochter Grafen Thomas I. von Savoyen, eine Schwester der drei savoyischen Grafen Amadeus IV., Peter II., und Philipp I. Diese kinderlose Ehe war dennoch sehr friedlich, und während mehr als 22 Jahren gab sich Hartmann alle Mühe, Margaritha auf seinen Tod hin reichlich auszustatten, vorzüglich aber ihr für ihr Witthum Ruhe und Sicherheit vor seinen Neffen Hartmann dem jüngern und Rudolf von Habsburg zu verschaffen. Neunzehn auf diese Sorgfalt bezügliche Urkunden von 1241—1259 liegen im oben angeführten Hofarchive vor, aus welchen des Oheims unüberwindliches Misstrauen gegen die Absichten der Neffen hervorgeht. Unter den Gewährleistungen, die Jener suchte und fand, befindet sich auch obiges Bündniß. Hartmann der Jüngere starb vor seinem Oheim: aber kaum hatte Letzterer auch die Augen geschlossen, als Rudolf von Habsburg, jetzt des ältern Hartmann Universalerbe, Margaritha aus allen ihren Witthums- und Eigengütern in Thurgau und Zürchgau vertrieb, woraus dann ein dreijähriger Krieg zwischen ihm und Peter von Savoyen erwuchs.

Das Studium der Kyburgischen Urkunden gibt die klare Einsicht an die Hand, daß, von Graf Ulrichs Tod bis 1241, zwischen den Söhnen Ulrichs, und nach Werners Tod, zwischen Hartmann dem Ältern und Hartmann dem Jüngern, eine Gemeinschaftsregierung über alle Kyburgischen Lande bestanden habe; daß aber von 1241 an eine Trennung der Gewalten eingetreten sei, vermöge welcher ungefähr die Reusslinie als Grenze gegolten habe, und nur Freiburg im Nechtland zwischen beiden Hartmannen Gemeingut geblieben sei. Die Urkunde dieser Theilung findet sich nirgendwo; allein einige Turiner-Urkunden geben mir die volle, nur durch einen positiven Beweis umstürzbare Überzeugung an die Hand, daß diese Theilung auf einem Tage

zu Sure, am 9. Heumonats (VII. Idus Julii) 1241 bewerkstelligt worden sei, unter Vermittlung der Grafen L. und H. von Froburg, R. von Habsburg, P. von Buchegg, R. von Valstain, L. und L. Freien von Regensberg, W. von Kien, B. von Bremgarten, H. von Signau, C. von Kramburg, C. von Rüti, G. von Golinkon, . . junior von Ramstein, G. v. Trachselwald, und 26 Rittern, welche drei jener Margarithischen Urkunden bezeugten und großentheils besiegelten.

13.

1272, 25 Mai.

(Deutschhaus Hitzkirch; jetzt Staatsarchiv Lucern.)

Wir Chvonrat vnd Hiltebolt, gebroder von heidegge von allen dien kvnt, die disen Brief Sehen older hoerent | lesen, dc wir habten einen krieg vnd ein vorder an die Brvoder von Hiltssilchen des ordens von dem Thivschen Hvs, Also, | dc si nicht solten vischen, gegen vnserm gvote in dem Sewe, der dc heizet Richense, daruber dc si in dem selben Sewe | hant gevischet friliche sit dem tage dc der Hof vnd div vorgenande filche in ir gewalt kam, Har iuber han wir | vns erwarn vnd erkennt, dc wier enkein recht daran han, dc wir inen werren zevischenne in dem vorgenanden | sewe, Swie dc si dc vnser guot daran stozet, Und darvmbe so verziehen wir vns der selben vorder vnd des kriegs gegen dien | Brvodern, vnd dem vorgenanden Hvs ze Hiltssilch, vivr vns vnd vivr alle vnser erben, also, dc si vriliche, vnd an widerrede | svlen vnd mvgen vischen in dem vorgenanden Sewe. Und dvrcb disiv sache vnd dir Azig, stete vnd veste belibe, Also, | dc die Brvoder niemer von vns, noch von delein vnserm erben svln older mvgen bekrentet werden an der vorgeschrifnenen sache | So han wir beide. C. vnd H. vorgenanden von Heidegge, vnser beider Ingestgel an disen Brief geleit. Diz beschach da | zegegene was Brvoder Chvonrat, Werner von Hatstat der Lantcomendvr, Brvoder C. der priester von wizzenzburg, Brvoder Rvodolf der | Comendvr von Friburg, Brvoder Johannes Spoerli, Brvoder Johannes der Comendvr von Hiltssilch, Brvoder Eberhard von Altelinkon, Brvoder Reinbot von Win- | degge, Brvoder walther von valkenstein, Brvoder Sigebote, Brvoder C. der Zolnere, vnd ander gnvoe. Diz

ist beschehen, nach | vnsers Herren gebvrt vber M. CC. LXXII.
Jar. An dem Mendage vor sant urbans | Mes, ze Hiltssilchen
in dem Hvs.¹⁾)

14.

1273, 23 Heumonats.

(Cistercienserinnen in Ebersegg; jetzt in Rathhausen.)²⁾

In nomine Sancte et individue trinitatis. Litterarum robore perennantur euentus rerum, ne presens transeat in preteritum, sed immobiliter | maneat in futurum. Hinc est quod nos Fratres. R. et H. de Aurora et de Thennibach Abbates Cisterciensis ordinis notum fa- | cimus vniuersis Christi fidelibus per presentes, quod nos recepto mandato a Capitulo generali cum omni plenitudine potestatis, ad Domum pure | vallis, nostri ordinis, Constantiensis dyocesis, quam viri venerabiles et discreti, dominus R. de Palma et Jacobus de Vischpach³⁾ Civis Souingensis⁴⁾, | in honorem gloriose matris dei et ob suorum remissionem peccaminum fundauerunt, personaliter accessimus Anno domini MCCLXXV. In crastino beate Marie magdalene, vbi Locum ejusdem fundationis cum eius attinentiis vniuersis de manu prefati Jacobi collatione voluntaria | et deuota, rite, legittime, publice, sollempniter et corporaliter celebrata, libere recepimus, et eum nostro ordini incorporauimus, ut | proprium perpetuo possidendum cum rebus habitis et habendis, Inspectis siquidem et pensatis vniuersis et singulis que secundum for- | mam et statuta nostri ordinis debebant et poterant

¹⁾ An der Urkchrift hängen beide Siegel sehr wohl erhalten. — Vergl. J. G. Kopp, Gesch. d. eidg. Bünde. (II. 1. 408. Num. 5.)

²⁾ Diese Urkunde gehört eigentlich auf Seite 104, wurde jedoch aus Versehen dorthin zu stellen vergessen.

³⁾ VISPAAC* nach vollständigen Siegeln in 3 Urkunden vom März 1285, 29 Aprils 1285 und 9 Mai 1285. (Archiv St. Urban.)

⁴⁾ Jacobs v. Fischbach Vater hieß R., die Mutter G., und die Gemahlin M. (vielleicht jene Margaritha auf den 24. Jan. im Jahrzeitbuche zu St. Urban); alle drei waren in Vigil. apostol. Philippi et Jacobi (30 Apr.) 1274 tott. (Archiv St. Urban.) Er hatte zwei Söhne: Johannes und Nicolaus. (Urk. im März 1285. a. a. D.), und wohnte im oberen Theile der Stadt Böfingen beim Brunnen; in civitate superiori, prope fontem. (Urk. 29 Apr. 1285. a. a. D.) Meines Wissens urkundet Jacob das Letztemal unterm 22. Horn. 1291. (a. a. D.)

inspici et pensari, Communicato consilio discretorum, Abbatissam et Conuentum Monialium de domo consilii assumptarum, ibidem locauimus, omnipotenti Deo sub habitu et obseruantis regularibus iuxta morem et ritum nostri ordinis, ex nunc in antea salubriter seruituros, iure paternitatis apud Abbatem et Conuentum sancti Vrbani indelebili titulo residente. Indulgentes eisdem abbatisse et Conuentui ac posteris earundem, ut libertatibus, immunitatibus, priuilegiis, et indulgentiis nostri ordinis deinceps gaudеant in causis et agendis et contractibus suis motis pariter et mouendis. In cuius Rei testimonium presenti pagine Sigilla nostra duximus appendenda. Datum et Actum Anno et die superius annotatis.¹⁾

15.

1282.

(Benedictinerinnen zu Münsterlingen.)

Rudolfus dei gratia Constantiensis Episcopus, Omnibus presentium inspectoribus Salutem et noticiam subscriptorum. Ut ea que prouide fiunt, a memoria hominum non recedant, cautum est ea que geruntur, per scripturas futurorum memorie commendare. Nouerint igitur vniuersi, quod cum Volricus dictus Betminger Civis Constantiensis, a Nobili viro domino Ruodolfo de Gütingen milite possessiones suas in Gütingen, quas Egelofus dictus Vnderschophe civis Constantiensis olim tenuit et possedit, que quidem possessiones a nobis et Ecclesia nostra Constantiensi tenebantur in feodum, pro Triginta marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, iuste et rationabiliter comparavit. Nos cum Capitulo nostro diligenti tractatu prehabito et premisso, pensataque utilitate Ecclesie nostre predicte, recepimus nomine nostro et Ecclesie nostre a prefato Nobili proprietatem possessionum suarum in Mersteten, quas Hainricus dictus Schaegil et Hainricus de Henkart ab eodem Rudolfo de Gütingen habent in feodum, quarum possessionum proprietatem idem Nobilis nobis et Ecclesie nostre prefate in recompensam supradictarum possessionum in Gü-

¹⁾ Eine Uebersezung aus dem Schluße des 16 Jahrhunderts hat, nach einer in Rathhausen sub E. 114. verwahrten Handschrift, P. Trudpert Neugart (II. 293.); und es wäre somit das Ende der Ann. 3 auf S. 101 dieses Bandes zu berichtigen.

tingens tradidit et do- | navit, verborum et gestuum adhibita debita
 sollempnitate, easdem possessiones in Güttingen cum omnibus suis
 pertinentiis, puta, agris, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, cultis
 et incultis, viis et inviis, et genera- | liter cum omni iure, quod
 vulgariter ehafti dicitur, recepta primitus resignatione earumdem
 possessionum a memorato Nobili in manus nostras, prelibato Vol-
 rico suisque liberis seu heredibus, commutato feodo predicto in
 feo- | dum censuale, quod vulgo Zinslehen dicitur, de Capituli
 nostri consensu vnamini, concessimus pro annuo censu, videlicet
 uno fertone cere persolvendo Ecclesie nostre pro candela ad ma-
 ius altare facienda, annis | singulis in festo Nativitatis beate Ma-
 rie Virginis, iure predicto, quod Zinslehen nuncupatur, perpetuo
 possidendas, Ita tamen, quod censu prefato suo tempore non so-
 luto, dicte possessiones non recidant in ius nostrum, | nec a nobis
 seu ecclesia nostra valeant vendicari eo iure, quo possessiones
 zinsvellich uulgariter asseruntur, maxime cum recompensatio ip-
 sarum possessionum nobis et Ecclesie nostre sit facta sufficiens
 et ydonea per possessio- | nes in Mersteten superius nominatas,
 sed tantum census neglectus cum pena Trium solidorum denario-
 rum Constantiensis, quam penam prelibatus Volricus adiecit spon-
 tanea voluntate, quoisque solvatur Ecclesie nostre per petitio-|
 nem et exactionem, seu cohercionem aliam legittimam exigatur.
 Licitum est etiam sepedicto Volrico suisque liberis seu heredibus,
 supranominatas possessiones in Güttingen vendere, obligare, alienare,
 ac in alias personas aut | personam quascunque vel quam-
 cunque transferre, necnon de ipsis possessionibus, quod voluerint,
 ordinare, Salvo nichilominus Ecclesie nostre Constantiensi censu
 predicto et pena imposta memorata. Renuntiantes pro nobis no-
 strisque | successoribus, ac Ecclesia Constantiensi, omni iuris ca-
 nonici et civilis auxilio, literis apostolicis aut aliunde impetratis,
 aut etiam impetrandis, exceptionibus dolii, non adhibite sollemp-
 nitatis, et generaliter exceptioni, de- | fensioni, et rei cuilibet,
 pretextu quorum aut cuius premissa vel premissorum aliquod ca-
 lumpniari possent, uel quomodolibet retractari. In premissorum
 autem testimonium presentes literas prememorato Volrico suisque
 liber- | is seu heredibus, concessimus sigillorum nostri nostrique
 Capituli robore communitas. Nos vero . . Prepositus . . Decanus,
 Totumque capitulum Ecclesie Constantiensis presentibus confitemur

in premissa omnia et singula sicut dicta sunt | consensisse, et per donationem factam Ecclesie nostre de proprietate possessionum in Mersteten superius expressarum in recompensationem sepius dictarum possessionum in Gütingen conditionem dicte Ecclesie nostre non fore factam de- | teriorem, immo verius meliorem; et in horum evidentiam, Sigillum nostrum appendi fecimus ad presentes. Actum et datum Constantie, Anno domini. M. CC. LXXXII.

16.

1288, 24 Brachmonats,

(Klosterarchiv Mutathal.)

